



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Submißionis studium. 143

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

erubescere; neque ab alio, quam
 à semet offendi. Scio & alicubi
 fassum; se, quoties diuina etiam
 cum facinorosis loqueretur, sem-
 per lucri aliquid fecisse: quod du-
 ceret seipse longe utique impro-
 biorem. Cui rei dicere identidem
 solitabat; Neminem alium esse
 mortalem, qui pluribus assidue
 beneficijs occupatus, ceterum
 tam exiles Deo gratias habuisset,
 eiusque obsequij perinde secors
 viueret. 143 Mihi familiarius a-
 peruit aliquando, id precibus se à
 Deo flagitasse, vt mortui cadauer
 inhumatum in cenam prouolue-
 retur, ferisq; & volucribus pabu-
 lum esset. Nam quid ni ego, me,
 inquit, hac deuotione dignum
 censeam, qui pars vltima sim cæ-
 ni! Certè verò, nisi alijs consule-
 ret, nudum iturum se, aiebat fuis-
 se, & compita foraq; percursatur-
 rum, vbi luto perlitus, pro stulto
 infa-

infa
 ter
 bat
 tra
 ipse
 tur
 & o
 der
 ei c
 Egu
 gno
 sanc
 cùn
 Iaco
 ciet
 spic
 di v
 raba
 & sa
 stud
 calle
 pert
 disp
 bed

infa-

insanoque rideretur. Sed in harū
 rerum sermonibus rarus audie-
 batur; nisi grauibus momentis
 traheretur. Et, si quando alij de
 ipso benignius coram loqueren-
 tur; repentē colligere animum
 & oris ruborem lacrimis confun-
 dere visebatur. 144 Erat à sacris
 ei confessionibus P. Iacobus de
 Eguia, patria Nauarrus, vir ma-
 gno iam natu, ac cetera mirificè
 sanctus: de quo IGNATIVS mihi;
 cū in cælo nos, inquit, erimus,
 Iacobus hic tanto nobis conspi-
 cietur superior, vt ægrè etiam cō-
 spiciatur. Is, inquam, huiuscemo-
 di vir, multa olim & mira memo-
 rabat super IGNATII virtutibus
 & sanctitate; velut, cuius arcana
 studiaque animi penitissimè per-
 calleret. Ea res tandem com-
 perta; vehementer IGNATIO est
 displicita: quare supremis illi o-
 bedientia legibus interdixit, ne